Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8453
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Rem nouam dicit. Non dicit
requiem inueni. Non dixit satu
ritatem inueni. si autem dixis
set inuenit me tribulatio. In
uenit me dolor. Non erat quaes
tio. Nunc autem quid dicit.
tribulationem et dolorem inue
ni. quasi quaerens. sic inuenit.
Non enim inuenitur. Nisi quod
queritur res. Non querit requi
em sed tribulationem. Nouit
enim quoniam tribulatio patientiam
operatur. patientia autem pro
bationem. probatio uero spem.
spes autem non confundit.
tale quid et in hieremia dicitur.
Tribulationem inquit et miseriam
inuocaui quoniam inquit amaro
tuo uerbo ridebo. hoc est in hoc
saeculo. Nisi aliud uolo. Nisi tri
bulationem ut in futuro re
quiem habeam. et felicitatem
et propter ea inquit. Nunc [illegible]
amaritudinem sustinuo. Ut
postea dulciora sustineam.
et populus domini de aegypto egre
diens. uenit in merra. quod in
terpraetatur amara. et de mer
ra in sina. quod interpraetatur
temptatio. et iterum hieremi
as solus sedebam. quoniam
amaritudine repletus eram.
O domine libera animam meam.

proprietatem haebraici graecus
et latinus exprimere non possunt.
p.o. in hebraeo habet anna. anna
autem interpraetatur rogo
et deprecor. et quod dicit hoc est
deprecor domine libera animam meam.
Non est enim uocantis sed depre
cantis affectus. in ingenti enim
periculo constitutus est.
Misericors dominus et iustus et deus nos
ter miseretur.
Erige aures peccator misericors
est dominus. sed noli esse neglegens.
sequitur enim et iustus. simul
cum peccatores. Audi misericors
est dominus. sine neglegens. audi et iustus es.
sed uidetur quasi aequale esse.
misericors dominus et iustus. uerbi
gratia decem partes est misericors.
et decem partes est iustus. et hoc
propter simpliciores ita loquor.
dicat aliquis. si pensetur peccata
mea. Non possum tanta habere
bona quanta habeo mala. Nunc
autem dicitur. quod misericors est
et iustus est misericors. In pecca
toribus iustus in nobis. Incipiunt
grauare peccata mea. et uincit
in sua misericordia. propterea
semel iustum posuit. et secundo
misericordia. misericors poterat
et de praeterito dicere. et deus inquit
noster miseretur. ut semper misericor
diam eum ostendam.

92